the national archives

Testamentum Thome Kenwardesle ~~[illegible]~~ Wyntonien dioc

In dei nomine Amen. Anno domini millesimo ccc^mo^ Nonagesimo primo octavo die mensis Septembris
Ego Thomas Kenwardesle sanus mente condo testamentum meum in hunc modum. In primis lego
animam meam deo omnipotenti et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio ecclesie omnium sanctorum de
Kersalton. Item volo quod Thomas de Derbe Johannes fforster Johannes Cheylsham Godefridus atte
Pyrye Walter Wrygge Willelmus Wyght et Willelmus Hoggespounde capellanus ffeoffati mei in omnibus
terris et tenementis meis in Surr' et London ubicumque existentibus ut patet per cartas inde factas
habeant dictas terras et tenementa per spacium xv annorum proxime et immediate extunc
sequentium ad exequendum et perficiendum hoc testamentum meum ultimamque voluntatem meam continentes
subsequentes. In primis volo quod Alicia uxor mea habeat viginti marcas sterlingorum annuatim
ad terminum vite sue nomine dotis de terris et tenementis meis in Surr' predictis vel de predictis tene
mentis London ad liberam voluntatem dicte Alicie uxoris mee eligendum levandum salva volun
tate mea infrascripta de tenemento meo in Vintria inferius prout plenius declarandum.
Item volo quod Alicia filia mea habeat decem marcas annuatim per spacium decem annorum de tene[mento]
in Vintria London pro maritagio suo levandum. Et si contingat quod dictum tenementum non valeat decem mar[cas]
annuatim quod dicti ffeoffati suppleant usque ad summam x marcarum predictarum de aliis terris et tenementis
meis predictis. Item volo quod Elianora filia mea habeat xx li. sterlingorum de terris et tenementis meis
predictis levandum salva predicta voluntate mea de tenemento in Vintria predicto. Item volo quod Isabella
filia mea habeat xx marcas simili modo solvendum et levandum. Item volo quod Rosa filia mea habeat
xx marcas simili modo solvendum et levandum. Item volo quod puer cum quo Alicia uxor mea est
pregnans si filius sit et vivus nasci contingat quod habeat terras et tenementa mea Johannis Wa
lyngton et quod predictus filius habeat sex boves quattuor vaccas sex quarteria frumenti sex quar
teria ordei et decem quarteria avenarum et sex quarteria de fabis pisis et vestis. Si vero filia
sit et viva nasci contingat voloque eadem filia habeat xx marcas simili modo de terris et tenementis
meis predictis levandum. Si vero omnes filie mee predicte moriantur vel aliqua earum filiarum mearum
et si filius meus predictus nasciturus infra decem annos obierit tunc volo quod residuum dictarum
summarum pecunie ut prefertur quas sive eam aut eas aliquam contingerit non expenditur
necnon terre et tenementa ac catalla filio predicto nascituro ut prefertur relicta vendantur et quod pecunie
inde recepte et non expendite ut supradictum distribuantur pro anima mea et animabus antecessorum
meorum. Item lego fabrice ecclesie predicte de Kersalton [illegible] quicumque donacione in vita
mea per me facta in dicto opere xxx bovetas computatas et allocatas. Item lego fabrice capelle
de Walyngton xx s. Item lego Ricardo fratri meo ordinis fratrum predicatorum xl s. Item
lego fratri meo Edmundo xl s. Item lego fratribus predicatoribus domus London duo quarteria fru
menti. Item duobus filiis et duabus filiabus Ricardi Walkestede qui sunt de custodia mea dividendum
inter eos catalla mea exceptis granis et porcis. Et totum residuum omnium bonorum meorum ut
prefertur non expenditum et non legatorum do et lego executoribus meis ut ipsi faciant pro anima
mea ut melius videbitur eis ad salutem anime mee expedire. Huiusmodi autem testamenti mei
constituo et ordino executores meos dilectos michi in Christo Godefridum atte Pyrye
Aliciam uxorem meam Johannem fforster Johannem Cheylsham et Walterum Wrygge. Datum die
loco et anno predictis. Item volo quod feoffati mei solvant annuatim Alicie vidue de Walyngton
quattuor marcas sterlingorum quamdiu ipsa Alicia vixerit.

Approbacio dicti testamenti

Secundo die mensis Decembris Anno domini millesimo ccc^mo^ Nonagesimo primo apud Lamhith
vice et auctoritate domini approbatum fuit testamentum predictum et insinuatum ac pro vero testamento
dicti defuncti legitime pronunciatum necnon administracio omnium bonorum dictum testamentum
concernentium ubicumque in predicta nostra provincia existentium Johanni Cheylsham executori
in eodem testamento nominato commissa in debita forma iuris pro eo quod dictus defunctus
nonnulla bona mobilia et immobilia in diversis diocesibus dicte Cantuariensis provincie obtinuit tempore
mortis sue de quibus dictum condidit testamentum quorum pretextu etc. ut in aliis
insinuacionibus testamentorum predictorum. Reservata potestate committendi administracionem
bonorum huiusmodi aliis executoribus in dicto testamento nominatis cum eam in forma
iuris venerint admissuri.